

115

sub choro. et ibi asserūt locum esse vbi virgo gloriosa maria cum puero
 ihesu et ioseph sancto. septennij spacio manens latitauit.
 Inde ad quatuor alias ecclesias quas xpiani orientales tenent duce-
 bamur. in quibus aliqua sanctorū corpora requiescunt. Inde per multā
 ra procedentes loca de quibus mira ferebantur. tandem ad radices mō-
 tis venimus. super quo castrū Soldani est situm. vbi plurimos habui-
 mus obuios māmalicos qui de exercicio suo solito reuerēbatur. Nā
 singulis diebus vel ad minus ter in septimana. exeunt māmalici cur-
 riales in planiciem sub mōtibz et ibi se in bellis exercent rebus. ascē-
 dunt etiam in saltus et loca altiora. actus militares agentes vt nō mo-
 do in vallibus et planicie. sed et in mōtibz et collibus seipos et equos
 suos exercent ad pūgnam et cursum etc. Multos ibi vidimus deco-
 ros iuvenes candidos et rubicūdos. similes nobiliū patrie nostre filijs
 Eratq; numerus māmalicorū tunc temporis ad .xxij. milia. qui nume-
 rus vt cōmuniter cōtinuatur. succedentibus vt dictum est filijs in loca
 patriū suntq; vt in pluribus māmalici illi de schlaionia. albania. sive
 cassia et yalia. perparci vero de almania. Hij nos pacifice p̄terentes
 nullam nobis molestiam intulerunt.

De contemplatione Chayri ex monte

Qum autem p̄terissent. clauū montis ascendimus per viā sa-
 tis periculōsam. nec manere in asinis poteramus propter ps-
 cipitem ascensum. Tandem multo labore in cacumen veni-
 entes. mox oculos coniecimus ad ciuitatē considerandam.
 que profecto magna est. et dicitur hodie esse maior ciuitas in h̄rbe. Ciui-
 dam enim qui id certum habebant asserēbant eam in latitudine duode-
 cim milia centū septuaginta duos passus habere. in longitudine vero
 quindecim milia centum et septem passus. Dicitur etiam q̄ numerus
 parrochiarū siue vt aiūt contratarum in ipa vrbe. ascendat ad viginti
 quatuor milia. Verū ex illis nō nisi quatuordecim milia huiusmodi
 contratarū portis et feris singulis noctibz claudūt. Castrū vō Solda-
 ni tantū in magnitudine spaciū occupat cū sua circūferentia. quātū fere
 opidū Vlnicē. vel ps altera opidi Turēbergēsis. ita q̄ eques sub quorū
 horaz interuallō sine intermissione faciēs iter. longitudinē ciuitatis for-

orba